HIERONYMUS
Saint-Amand, Wende 8./9. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

autem noli tre facere., Ut festo propagines eius siue sustentacula. quia non sunt dni.,
Preuaricationes enim preuaricata. est. in me domus israhel. & domus iuda ait dns.,
Impetuit gentib: de quib: supra dixerat., Percussit eos leo de silua. lupus uasta
uit eos. & pardus in ciuitatib: eorum. ut ascendant muros hierusalem siue pugnacula.
& dissipent ea. Consummationem aut non faciant. ut seruentur reliquiae.,
Crescit quia dnus in gentib: gloriandi. seuerit quae miscet clementiam quoque uult.
ut festo propagines eius siue sustentacula., Omnia tollit auxilia iudei. quae suo
utrique dixit. eo quod preuaricata sit in dm domus israhel & domus iuda., Decem
trib: id uas significans., Audiat hoc ecclesia. quod et omuri & pugnacula
dissipentur eorum qui non habent spem in dno & preuaricentur eum. sed tamen non
fit consummatio. pter clementiam iudicis. & non pter merita delinquentium nega
uerunt dnm & dixerunt non. est. ipse siue non sunt haec nec superueniet super nos malum
gladium & famem non uidimus. prophetae fuerunt in uentum & responsum siue sermo
non fuit in eis. Haec ergo euenient illis quia negauerunt dnm. siue mentiti sunt dno.,
& dixerunt., Non est ipse cuius iudicio fient omnia. sed fortuito haec omnia
accesserunt., Neq: euenient quae nob prophetarum uoce minantur. Nec uidebimus
gladium nec famem sustenebimus., Obsidionis & quic quid locuti sunt.
Prophetae in uentum locuti sunt. & inrita omnia putauerunt. Nec habuerunt
responsum. hoc. est. oracula. siue sermo dei non fuit in eis. ideo sustenebunt quae
sequens sermo discribit. Audiat hoc ecclesia. Neglegens & inuidentiam dei refu
tans. quod & gladium & fame sustineat Nisi uentum crediderit quae dicuntur.,
Haec dicit dns dsexercituum., Qui loquitur est uerbum istud. Ecce ego do uerba
mea in ore tuo in ignem & populum istum in ligna. & deuorabit eos., Dicit is.
Prophetae fuerunt in uentu. nec uentum sunt quae minantur., Propterea
O prophetae. do uerba mea in ore tuo quae ignis habeant potestatem. & populu
istum in ligna conuesta. ut sermon tuo & ipse haeretici concrementur.,
Sicut ignis consumens dicitur. ut consumat in nobis. si sup fundamentum
xpi aedificauerimus fenum lignas stipula., Ecce ego adducam super uos
gentem de longinquo domus israhel. Ait dns., Gentem robustam.
gentem antiquam. gentem cuius ignorabis linguam. Nec intellegis quid lo
quatur., Faretra eius quasi sepulchrum patens. Uniuersi fortes.